bunt. praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrena praemisliensia sive sanocensia ante decursum unius anni transferre tenebitur portare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub quinque terrenis ad simplicem verbi assertionem sive corporali iuramento laxandum. pro quibus quidem quinque terrenis si se ipsi coniuges unus altero cum sanoribus ad officium praemisliensem sive sanocensem citare permiserint. extunc a terris dictis iuribusque suis quibusvis propriis recedendum coram eodem officio, in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere, ac pro praefatis quinque terrenis omnibus exceptionibus, controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, vera vel simplici infirmitate, actione pro maiori, ad quietationem dilationem non petendum, motionibus appellationibus earumque prosequutionibus, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus generaliter dilationibus iuribusque remediis semotis et in partem reiectis satisfacere cum suis posteris tenebitur quoniam opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Terlieczki adscribit Berezanski

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castrensi praemisliensi nobilis Lucas Terlieczki filius nobilis Fritko Terlieczki Kardaszowicz mente et corpore sanus existens a iure foro suis propriis quibusvis recedens, praesenti vero castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quo ad infrascripta tantum attinet incorporandum et subiciendum publice perexpressumque, suo et praefati Fritko Terlieczki praesentis sui nominibus, cavens pro illius ratihabitione, ac se et suos successores in omnibus bonis suis ratione infrascriptorum obligandum recognovit. Quia nobili Emilio Berezanski et eius successoribus ad summam priorem originalem octingentorum florenorum pennae ipsi per eosdem Fritko patrem et Lucas filium Terlieczki in sortibus suis in villis Terlo Lubochow et Rossochi actis praesentibus inscriptis et assecuratis, ducentos florenos pennae monetae polonicalis adscribit adiungit, annectit et associat et hoc in eisdem bonis in originali inscriptione contentis. In qua quidem summa simul iuncta mille florenos pennae praedictus Emilio Berezanski bona praefata in originali inscriptione contenta cum omni iure dominio proprietate tenebit habebit et possidebit illisque utifruetur cum postea usque ad exemptionem et summae praefatae mille florenorum pennae plenariam persolutionem. Iamque extunc praefatus Lucas eidem dat et admittit in bona praefata in summa eadem adscriptitia realem in terminum cum actuali et pacifica possessione per mensem terminum quemcumque. Nihilominus praefatus Lucas Terlieczki se et suos successores super eisdem bonis suis obligat et inscribit ex his actis ad acta terrena praemisliensia ante decursum unius anni transferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere. Et circa transportationem inscriptionis praesentis praefatus Fritko Terlieczki patrem suum ad approbandum praesentem inscriptionem tum et ad consentiendum supernumerandum quo ad omnia eius sua ipsum in bonis eisdem obligatis quomodolibet concernendum, ad eadem acta terrena praemisliensia adducere et statuere

sub vadio similis summae ducentorum florenorum pennae, pro quo quidem vadio praefatus recognoscens cum suis successoribus citatus extunc foro suo quovis proprio omisso coram castrensi capitaneali praemisliensi officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio omnibus exceptionibus, controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, legalibus quibusvis impedimentis, vera vel simplici infirmitate, actione pro maiori, ad quietationem dilationem non petendum, motionibus appellationibus earumque prosequutionibus, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus generaliter dilationibus iuribusque remediis semotis et in partem reiectis satisfacere cum suis posteris tenebitur quoniam opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Popieliowski adscribit alio.

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti nobilis Kuzma Popieliowski foro suo quovis proprio omisso et praesenti iurisdictioni castrensi incorporandum publice revenit. Quia nobili Vasko Popieliowski et successoribus ad summam priorem originalem viginti sex florenorum pennae sibi per eundem in bonis certis in villa Popielie inscriptis et assecuratis tres florenos pennae adscribit et adiungit, in qua summa simul iuncta viginti novem florenorum pennae bona praefata ipse Vasko cum successoribus tenebit et possidebit usque ad exemptionem et summae simul iunctae persolutionem. Tenebitur quoque praefatus recognoscens cum suis posteris eandem inscriptionem ex his actis ad acta terrena praemisliensia ante decursum anni unius transportare sub vadio trium florenorum pennae, pro quo vadio ipse recognoscens cum suis posteris ad officium praemisliensem citatus extunc foro suo quovis proprio omisso coram eodem officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare respondere ac pro praefato vadio semotis quibusvis dilationibus exceptionibus controversiis, motionibus appellationibus ac aliis iuris remediis satisfacere cum suis successoribus tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Biereczki reformat consorti

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castrensi capitanealibus praemisliensibus Generosus Andreas Biereczki olim Generosi Gabrielis Biereczki filius mente et corpore sanus existens a iure foro suis propriis quibusvis recedens, praesenti vero castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quo ad actum praesentem incorporandum et subiciendum publice recognovit. Quia Generosae Annae de Mlodaticze Generosi Georgii Skoruta filiae consorti suae summam trium millium et trecentorum florenorum pennae monetae polonicalis ratione dotis post eam receptae, et aliam similem summam trium millium et trecentorum florenorum pennae monetae polonicalis ratione vere et iusti dotalitii alias przewianku, in et super tota et integra medietate omnium bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium in quibuscumque terris et districtibus regni poloniae consistentibus cuicumque iuri et iuris